



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De præparatione ad orationem. Cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

108. **HORTVS ORAT.**

aut aliquid operis incepturus es.
Poteris autem illum his aut simili-
bus verbis, quæ te Dominus docue-
rit, salutare.

A Ngele Dei, qui custos es
mei, me tibi commil-
sum pietate superna, sem-
per custodi, illumina, rege,
& gubernare. Amen.

IESVS, ✠, MARIA &
S. Pater Franciscus sint
semper nobiscum.

Veniat dilectus meus in hortum
suum.

De preparatione ad Orationem.

CAPVT I.

Eccl. 18.

ANTE orationem prepara animam
tuam, & noli esse quasi homo qui
tentat Deum.

Difficillimum, atque operum
omnium maximum est orationi in-
tendere: atque idcirco S. Abbas
Agathon dicere solitus erat: nullū
laborem equiparari posse orationi:
adeo-

adeoque summa industria & diligencia ei opus esse, qui orationi vacare velit. Hinc etiam recte monet Sapiens in praedicta sententia, vt oraturus primam se praeparet, ne sit quasi homo tentans Deum, qui inconsiderate agit, & ruine proximus est.

Quod cum ita sit filij mei charissimi, pauculos vobis flores in hoc nostro sanctae orationis hortulo decerpandos ostendam, quibus vos ante orationem digne praeparetis & exornetis.

Primus itaque flos, quem vos colligere cupio, est: vt ante orationem prius intellectum erigatis, & intentionem vestram ad gloriam, laudem & honorem Dei, totiusque coelestis aulae, atque ad salutem omnium viuorum, & animarum purgandarum, & ad impetrationem rerum omnium necessariarum, animae & corpori, tum vobis ipsis, tum alijs, referatis: haec namque debet esse principalis intentio vestra: ad quam in orationis principio, mentem tanquam

*Intentio ad
te orationem
diligenter
examinanda.*

quam ad verum scopum dirigatis. Hoc pacto si orationem exorsu fueritis, pulcherrimum & fragrantissimum florem ex hoc hortulo nostro ad laudem Christi crucifixi, decerpitis.

Si deinde cum animis vestris expendatis, quisnam potissimum locus, & quod tempus huic sancto exercitio cōuenientissimum sit, duos non minus bellos, quàm sapidos & vtilis animę oranti flosculos carpitis.

Locus orationi aptus quis,
Matth. 6.

Locus secretus & ab hominum consortio remotus huic sanctę exercitationi accommodatior est: suffragante Christo cū ait. *cū oraueris intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora Patrem tuum.*

Tempus orationi maximè commodum quod.
Psalm. 138.
Psalm. 118.
Psalm. 41.

Tempus nocturnum & maturinum orationi maximè conueniens & oportunum est, teste Psalmista, cū ait: *Nox illuminatio mea in delictis meis.* Et iterum. *Media nocte surgebam ad constendum tibi.* Et rursus. *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Et Psalmo 5.

Matth.

PARS SECUNDA. 217.

Manc affabo, tibi & videbo, quoniam non Psalm. 3.

Deus volens iniquitatem tu es.

Præterea Fides, Spes & Charitas
sunt tres flores eximij decoris, ani- *Fides, Spes*
mam ad orationem se dare volen- *& Charitas*
tem plurimum venustantes, quo- *ad prepara-*
rum etiam suavissimo odore Deus *tionem ora-*
mirum in modum oblectatur. *turi necessa-*

De hac fide Christus loquens ait: *ria sunt.*
Omnia quæcunque orantes petitis, credite Marc. II.
quia accipietis & eueniat vobis.

Qui enim ad orationem accessu-
rus est, necesse habet, vt prius ani-
mam sanctæ fidei virtute præparet
& ornet, firmiterque credat se om-
nia quæcunque petierit à Deo im-
petraturum, modò licita, debito
modo petita, diuinæ voluntati con-
formia, suæque & aliorum saluti
conducibilia fuerint: Has namque
conditiones si oratio habuerit, cer-
tò credere ac sperare potest, Deum
nihil eorum quæ postulauerit ei de-
negaturum. Itaque hac sancta spe ac
fiducia præditus, Dei que ac proxi-
mi amore flagrans, securus ad ora-
tionem accedat, quia debitam in se
præ-

Eccles. 37.

præparationem habet, & non tantum florem, sed speciosissimam ac fragrantissimam rosam, cuius odor ad cœlos vsque citissimè peruolet, collegit. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur: & non discedet donec altissimus aspiciat.*

O quàm bellus flos: quàm fragrans lilium: quàm odorata viola diuinis oculis & naribus est humilitas in oratione.

O quàm insigni ornatu ac præparatione decorata est anima, quæ ad orationem humilitatis indumento amicta, se recipit.

Ester 15.

De Regina Hester, cùm ad Regem Assuerum maritum suum pro Iudæis interpellatura accederet, ait sacra Scriptura: *Assumpsit duas famulas, & super unam quidem innitebatur, quasi præ delitijs & in inia teneritudine corpus suum ferre non sustinens; altera autem familiarum sequebatur Dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Virtus cuius anima, Deum sponsura suum precibus interpellatura, innititur, est fides.*

des: Ea autem quæ vestimenta eius sustentat, est humilitas. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa: hoc est charitatis ornamento decorata ingreditur, vt ad libitum summo Regi & omnipotenti Deo creatori & amantissimo sponso suo loquatur.

Ex hac viola humilitatis, alius elegans flos enalitur, accusatio nimirum sui ipsius, & peccatorum confessio: de qua Salomon ait: *Iustus prior est accusator sui.* Huic autem præparationi vt satisficiat anima, opus fuerit, vt ad orationem se datura, primùm conteratur aut atteratur de omnibus peccatis suis, & illa confiteatur, aut si oportunitas id agendi desit, confiteri desideret, tum firmo proposito, cuncta quæ diuinam maiestatem possint offendere, vitandi.

*Proverb. 18.
Confessio
peccatorum
necessaria
est oranti.*

De orationis partibus.

CAPVT II.

QVI de oratione mentis scribunt, eam sex partibus constare tradunt: puta: præparatione, lectione,